Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Drei Vorlesungen in Rom - Cod. Ettenheim-Münster 196

Lugo, Juan

[S.l.], 1632-1633

Dispvtatio VI._ De merito angelorum

urn:nbn:de:bsz:31-116360

Visual Library

alteri debeat eē libera, an sufficeret si eēt necessaria, vel saltem si ñ orire-
tur ex plena deliberatōe sed ex semiplena? q̄d dubium in oī sentia procedit,
cum oēs requirant vel fōaliter vel saltem antecedenter aliquam volitionem
vt Angelꝰ loquatur. videntur aūt raoēs eē pro vtraq parte, nam dominium
perfectum q̄d Angelꝰ h̄t supra suos actꝰ internos videtur exigere q̄d sine eius
libera voluntate ñ manifestentur alijs. vnde etiam videtur requiri plena libertas,
nam sine illa ñ videtur valida donaō vel obligaō in materia gravi. aliunde
vero dūs illud supra sua secreta ñ videtur impedire q̄d aliquando per accidens ipse
ea manifestet sine plena libertate, nam hoēs sæpe sua secreta loquuntur sine
plena ē aliquando sine ulla prorsus libertate. ē quidem si Angeli loquuntur per
signa aliqua sensibilia vel etiam spiritualia quæ ñ sint actꝰ voꝰ intellectꝰ vel volun-
tatis ñ videtur dubium quin ea signa semper manifestarent obiē etiamsi absq
libertate producerentur.

Ad hoc dubio facile se expediet qui negaverit poē Angelum habere actus
aliquos absq plena deliberatōe, prout Suarez cum coīi negat infra lib. 3. cap. 8 num. 3.
restat tn̄ eadem quæstio de hoībꝰ quando in hac vita loquuntur mentaliter cum
Angelis de quibꝰ vtraq pars poēt apparenter defendi, ē quidem q̄d de hoībꝰ dicetur
dici etiam debet de Angelis in sentia eorum qui admittunt in illis aliquos actꝰ
voluntatis possibiles sine plena deliberatōe.

Vltimo infertur ex dictis quid sit actus ille imperij interni quo An-
gelꝰ sibimet loquitur vel imperat interius, ē explicari solet per has voces: fiat hoc.
nam iuxta supradicta ñ ē aliud quam conceptus quos formamus de illis vocibus per
quos conceptꝰ sicut per voces externas exprimere volumꝰ imperium voluntatis seu
volitionem quandam præcedentem qua volumꝰ nos cognoscere q̄d cognoscimꝰ volun-
tatem nrām de eo q̄d fiat talis res, nam idem ipsum q̄d alijs manifestamꝰ per
similes voces volumꝰ etiam nobis manifestare quando nobiscum loquimur quasi
cum psona distincta, sicut multi etiam loquuntur sibimetipsis per voces externas
quibꝰ sibi volunt manifestare sua interna, quasi ab ipsis, cui loquuntur, igno-
rarentur.

DISPVTATIO VI

De merito Angelorum.

Suppono pmo Angelos ad merendum indiguisse grā. q̄d apud Theologos cum S.
Thoma in pñti q. 62 art. 2. oīo certum ē, ē pbr ex PP. mentis quos adfert
Suarez in pñti lib. 5 cap. 1. ē ex raōe manifesta, nam beatitudo visionis di-
uinæ ñ minꝰ ē supernalis Angelo quam hoī, ē per consequens ñ minꝰ debuit ele-
vari Angelꝰ quam hō per auxilium indebitum ad illam condigne merendam.

Suppono 2do Angelos ñ fuisse creatos ab initio in statu beatitudinis

perfectæ,

pfectæ, qa si beati fuissent nunquam peccassent, e qa prius habuerunt libertatem ad merendum e demerendum quam haberent coronam vel supplicium; nec obstant aliqua loca Augustini quæ benè explicat Suarez ubi supra cap. 2.

Suppono 3tio oes Angelos fuisse creatos in statu graæ e sanctitatis. in hoc conveniunt etiam fere Theologi cum S. Thoma q. 62 art. 3. e licet n colligatur satis efficaciter, probabiliter tn colligitur ex Scriptura e Patriby, ut videre est apud Suarez cap. 4. e rōe etiam confirmatur: qa hō fuit creatus in statu graæ, ut cstat ex Trident. sess. 5 in principio de peccato originali, Ergo idem debemus dicere de Angelo, utergz e. fuit creatus ad eandem beatitudinem supnaalem, nec e minor imo maior rāo ex parte Angeli ut in eo pfectionis statu conderetur, nam vel in illo instanti potuit operari aliquid supnaale, vel non. hoc 2dum n videtur dicendum, cum e. fuerit creatus ad finem supnaalem n e cur n potuerit iam tunc tendere ad illum finem, nec e maior rāo de 2do instanti quam de jmo. si vero potuit Ergo, vel per habitus infusos e tunc iam supponeretur habitus graæ, vel per auxilia extrinseca e tunc iam saltem poet in eo instanti disponere se ultimo per actum dilectionis Dei ad habitum graæ iustificantis, e per sequens eo instanti acciperet illam. his suppositis.

Dubitatur jmo: an eo instanti acceperit habitum graæ cum dispositione pvia qua se disposuerit ad illam? negat Sotus lib. 1 de naa e graa cap. 5, e Molina in psenti q. 62 art. 3 ad jmum. contra tn sentia affirmat, quam sequitur Suarez in psenti lib. 5 cap. 8 cum coeteris recentioribus, e sumitur ex S. Thoma in psenti q. 62 art. 2 e 3. rāo a. e, qa congruentius videtur graam dari illo voluntarie consentienti quam mere se passive habenti, sic e. videmus hoi adulto nunquam dari graam sine propria dispositione pvia, nec etiam primus hō eam accepit sine dispositione iuxta veriorem e communiorem sentiam, e rāo videtur ee qd cum graa sit quasi vinculum amicitiæ e sponsality inter Deum e creaturam, congruum videtur qd pcedat utriusq consensus, nulla ergo e rāo cur aliter sentiamus de Angelis.

Obyci pt jmo S. Thomas q. 16 de malo art. 4 ad 3. e ad 14. e 15 ubi videtur docere Angelos prius tempore habuisse acty naales quam se converterent ad Deum authorem supnaalem Ergo in jmo instanti n disposuerunt se ad graam, nam acty naalis n e dispositio ad illam. R vel S. Thomam ibi loqui de instantiby naæ n temporis, vel mutasse illam sentiam in psenti

Obyci pt 2do humanitatem Chri n se disposuisse ad graam in jmo instanti. R tn ee magnum discrimen, nam ois operatio debet psupponere suppositum completum, ideo humanitas Chri n potuit per propriam operationem disponere se ad graam unionis hypostaticæ, posita a. unione hypostatica iam erat debita graa habitualis absq alia dispositione.

Sed vtra obyeres 3tio: ois etiam acty supnaalis supponit ex naa sua habity infusos a quibus oritur Ergo naalis e qd pcesserit habitus quam actus in Angelis.

R concedendo

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
gefördert durch Baden-Württemberg
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

Rndendo neg: si perse spectetur rão physica maioris inaalitatis, fuit tn specialis repugnantia moralis adhuc ut n seruaretur rigor inaalitatis, sicut de facto pp eandem repugnantiam hõ adultus prius sit actum contritionis vel dilectionis Dei ex auxilio quam accipiat habitum. in Cho a. erat maior repugnantia, qa pro eo priori fieret violentia humanitati exigenti subsistentiam si eam n acciperet, quæ rão n erat in Angelis, nam pro eo priori n debebat illis habitus grãæ, & ideo sine ullius iniuria aut violentia potuit differri donec se disponeret.

Quærunt in psenti aliqui: an ille actus quo Angeli se disposuerunt fuerit meritorius de digno eodem instanti respectu gloriæ; hæc tn quæstio eadem ẽ in hõe: an ctritio in instanti iustificaõis mereatur de digno gloriam, de quo dixi alibi in tractatu de Incarnaõe. nunc solum aduerto pp potuisse Angelos in illo instanti mereri de digno gloriam, nam etiamsi n poent eam mereri per actum quo se disposuerant ad gratiam, nihil tn obstat quo minus eodem instanti habuerint alios actus bonos procedentes ex habitu grãæ quibus poent gloriam mereri, sicut Chrus Dnus in pmo instanti habuit actus procedentes ex grãa quibus meruit condigne alia præmia. an vero Angelus in pmo instanti habuerit proprium actum fidei ptinet ad quaam de fide, ubi couior sentia affirmat.

Dubitatur 2do. utrum Angeli acceperint inæqualem gratiam cum proportione ad inæqualitatem in naa, ita ut pfectiores in naa acceperint maiorem gratiam. Rão dubitandi ẽ duplex, pma qa inter hões n seruatur huiusmodi proportio in distributione grãæ, ut cstat experientia, nec etiam comparando hões cum Angelis; aliqui ẽ. hões sunt maiores Angelis in grãa cum sint inferiores in naa. 2da rão dubitandi ẽ, qa inter istos Angelos Lucifer qui iuxta couem sentiam erat supremus in naa, n tn fuit pp supremus sed peioris conditionis in donis grãæ.

Couis tn sentia affirmat cum S. Thoma q. 62 art. 6 ẽ 2a 2æ q. 24 art. 3 ad 3tium, quem sequuntur cæteri Theologi, quos referunt & sequuntur Suarez in psenti cap. 10 & Granado in psenti tract. 11 disp. 7. & colligitur ex SS. PP. Nazianzeno, Basilio, Dionisio, & Damasceno, quorum verba vide apud dictos authores. rão difficile redditur, omissis tn aliis quæ coiter afferuntur, quas impugnare n vacat, facilius potest sic probari: qa Angeli iuxta inæqualitatem in naa disposuerunt se etiam inæqualiter ad gratiam, & grãa inæqualiter illis fuit infusa iuxta inæqualitatem naæ. Conseqs ẽ clara. Ant pbt: qa dispositio illa duplicem potuit habere inæqualitatem, scilicet vel in intentione graduali, vel in pfectione substantiali ipsius actus, ex neutro a. capite fuit melior dispositio in Angelo inferiori, e ctra vero in superioribus fuit melior vel ex utroq capite vel saltem ex uno. pro quo suppono Deum regulariter & secluso speciali priuilegio eleuare ad dona grãæ cum proportione ad naam, nam grãa accommodat se naæ quantum pt, hinc ẽ hõiem eleuari ad eliciendos actus

supnales

supnaales illectus et voluntatis similes oio in modo tendendi in actibus quos iuxta suam naam potest elicere, Angelus verò elevatur per gratiam ad eliciendos actus supnaales Angelicos, hoc est, independentes a phantasmatibus et sine alijs imperfectionibus quas habent actus humani, imo inter ipsos hoies invenitur haec differentia, nam hoo rusticus elevatur ad actus fidei qui valde confuse tendant ad suum obiectum, hoo vero doctus elevatur per auxilia gratiae ad actus fidei magis distinctos et perspicaces. Eodem modo inter Angelos illi qui perspicaciorem et subtiliorem habebant illectum elevati sunt per auxilia gratiae ad subtiliorem et clariorem cognitionem obti, et per sequens ad amorem etiam pfectiorem in sua entitate substantiali. rursus quod attinet ad intensionem credibile est Angelos pfectiores potuisse iuxta suam naam elicere actus intensiores circa obiecta proposita propter maiorem virtutem et activitatem quam habet, quare cum eadem proportione fuerunt elevati per auxilia gratiae ad actum intensiorem supnaalem circa obiecta proposita. habemus ergo Angelos in actu primo inaequaliter fuisse elevatos ut se disponerent. hinc a. probabilissime sequitur eos cum eadem inaequalitate se disposuisse ad gratiam, cum nullum habuerit impedimentum aut defatigationem in ea intensione actus, et aliunde videatur ad pfectionem Angeli pertinere ut ad eam partem quam eligit applicet se toto conatu quo potest, nam etiam inter hoies videmus quod quo nobiliores aut sapientiores sint eo maiori conatu et efficacia applicare se ad ea quae eligunt. Et ex nullo capite videtur de facto fuisse melior dispositio in Angelis inferioribus quam in superioribus, sed potius e contra.

Dices: praedictam regulam non esse universaliter veram, nam de facto humanitas Christi et Beatissimae Virginis elevata est ad actus pfectiores eliciendos quam omnes Angeli, et forte aliqui etiam Angeli minus pfecti elevati fortasse sunt ad actus pfectiores quam Angeli superiores. Resp. ideo dixi seclusio speciali aliquo privilegio eam regulam esse veram, habemus a. rationem specialem ut id dicamus de Christo Dno et eius Matre rationem excellentissimae dignitatis, quae vero non apparet in Angelis, quare credibilius est omnes elevatos fuisse cum proportione ad naam.

Hinc patet resp. ad rationes dubitandi, nam ad primam iam diximus de Christo et B. Virgine esse specialem rationem, de alijs vero Sanctis quorum aliqui excedunt fortasse multos Angelos in gratia et gloria, dici potest eos quidem regulariter elevatos fuisse iuxta proportionem naturae humanae ad actus minus pfectos substantialiter et graualiter quam Angelus, sed tamen eos actus potuisse habere in ratione meriti maiorem valorem propter maiorem difficultatem, ex tentationes, propter diuturnitatem, et alias circumstantias quae non fuerunt in Angelis. at vero comparando Angelos inter se non invenimus hanc rationem inaequalitatis.

Unde respondetur etiam ad aliam comparationem hoium inter se inter quos aliqui perspicacioris ingenij et pfectioris naturae non elevantur ad tantam gratiam sicut et alij rudiores et impfectiores, id tamen non provenit ex eo quod Deus non se accommodet naturae, imo quia magis se accommodat naturae, elevat enim hoies iuxta circumstantias occurrentes, quae, quia non semper eadem in oibus reperiuntur, ideo non oes proxime elevant aequaliter.

æqualiter. v: g: aliquis nutritur inter fideles vel honestos socios ex quorum con-
sortio melius apprehendit pretium virtutes ac honestatis, et stante hac meliori ap-
prehensione elevatur a Deo ad perfectiorem actum quo virtutem maiori cum ~~ar-~~
fervore amplectatur
~~dire apprehendatur~~, alius vero ex defectu harum circumstantiarum non ita elevat.

Ad 2dam rationem dubitandi Rndetur Luciferum etiam elevatum fuisse
in actu primo ad perfectiores actus, ~~ac~~ atque ideo in primo instanti accepisse maiorem
gratiam virtualem et in 2do maiora auxilia quoad entitatem, licet non maiora
in ratione beneficij quia praevidebatur per scientiam mediam abusurus illis medijs quibus,
si consentiret, pervenire ad maiorem gloriam quam coeteri Angeli. alias obiectiones
leviores vide apud Authores citatos.

Dubitatur 3tio utrum Angeli boni meruerint gloriam in primo, vel in
2do instanti, an in utroque? Supponimus Angelos fuisse creatos in primo instanti
et in eodem fuisse iustos et dilexisse Deum super omnia, in 2do autem instanti perseverasse
in gratia libere cum potuerit peccare sicut alij qui peccaverunt, sive haec instan-
tia sint indivisibilia secundum nostram durationem, sive divisibilia, appellantur tamen in-
stantia Angelica, hoc est, operationes Angelicae quarum singulae, licet coexistant tempore
divisibili nostro, reputantur pro uno instanti propter uniformitatem operationis exerci-
tae in illa ~~vel~~ duratione. dubium ergo est: an in utroque illo instanti meruerint Angeli, an
in uno solum?

Ferrara 3tio contra gentes cap. 110 § haec dicta sunt: tenet sententiam quan-
dam singularem quam aliqui recentiores conati sunt reducere in scholas, nimirum
Angelos tam bonos quam malos meruisse solum in primo instanti creationis, postea vero
malos peccasse, bonos autem perseverasse quidem in gratia libere, non tamen meruisse tunc, quia nul-
lum actum supernaturalem meritorium habuerunt quando alij peccabant, sed solum
per vires naturae restiterunt tentationi et abstinuerunt a peccato, simulque pro eadem du-
ratione seu instanti accepisse in posteriori naturae beatitudinem supernaturalem ita ut im-
mediate post primum instans creationis fuerint beati.

Fundamentum unicum est ex nonnullis locutionibus S. Thomae quae videntur
indicare Angelos immediate post primum meritum accepisse praemium beatitudinis;
quod autem in 2do instanti non habuerint actum meritorium probat: quia si ille actus
non oriretur ex visione clara Dei iam supponeret impeccabilitatem, si autem ex fide se-
queretur fuisse simul fidem cum visione in eodem instanti reali, quod repugnat.
sufficit ergo quod et pro eo priori abstinuerint solum libere a peccato, quod alij libere
admiserunt et ita consummaverint perseverantiam in gratia, qua posita non erat cur
differretur amplius gloria, nec repugnat dari praemium in eodem instanti reali
quando est meritum, ut videtur in augmento gratiae quod datur in eodem instanti reali
quo ponitur meritum.

Haec sententia, ut dixi, valde singularis est, et teste Suarez in praesenti cap.
11 nullum habet Authorem praeter unum Ferraram. communis ergo sententia omnium Theologorum
affirmat Angelos bonos tunc quando alij peccarunt ipsos meruisse seu continuasse

praecedens

praecedens meritum gloriae, imo tanto magis meruisse quanto aliorum exemplo non vacillarunt sed in veritate steterunt: ita docent SS. Patres passim. Gelasius ~~PP.~~ Papa in disputatione contra Pelagium sic ait: unde ergo beati Angeli de perceptis gratiis pia devotionis officio et non seipsos, sed potius ipsum praeferendo convenienter Authorem ~~atq~~ eius gratuitatem profitere provehique merentur, inde ipsi qui reprobi sunt de perceptis ingrati debitumque negantes retracti sunt. Ecce ex mente Gelasij sicut daemon per ingratitudinem cecidit, ita boni Angeli per gratitudinem meruerunt stare. Gregorius Papa hom. 7 in Ezech. quia cadentibus, inquit, alijs sancti Angeli in sua beatitudine persisterunt, hoc acceperunt pro munere ut iam cadere omnino non possint. Ecce beatitudo consumata est praemium iuxta Gregorium perseverantiae Angelorum quae perseverantia fuit meritoria. Idem Gregorius lib. 5 moral. cap. 27 sic ait: omnipotens Deus naturam summorum spirituum bonam sed mutabilem condidit, ut et qui permanere nollent ruerent, et qui in conditione persisterent tanto in ea iam dignius quanto ex arbitrio starent, et eo maioris apud Deum meriti fierent, quo mutabilitatis suae motum, voluntatis statione fixissent. et lib. 25 cap. 5. Quia, inquit, Angelici spiritus mutabiles ex natura sua conditi quatenus aut sua sponte caderent, aut ex arbitrio starent, sed quia humiliter elegerunt ei inhaerere a quo creati sunt, hanc ipsam in se mutabilitatem suam stando, iam immutabilitate vicerunt, ut hoc ipsum ~~medio~~ merito transcenderent quod naturae suae ordine mutabilitati subesse potuissent. eodem modo loquitur lib. 27 cap. 23 et 25. Rupertus etiam lib. de timore Dni cap. 7 ait: omnes Angelos ita fuisse constitutos ut in melius proficere haberent, et de facto profecisse eos qui bonam voluntatem habuerunt, et quia tunc peccare possent peccare noluerunt in remunerationem accepisse ut iam peccare non possint. Augustinus etiam lib. de correptione et gratia cap. 11. dicit: sicut mali Angeli per liberum arbitrium ceciderunt, ita bonos per liberum arbitrium stetisse et huius mansionis debitam mercedem meruisse.

Ratione item impugnatur illa sententia primo: quia peccantibus malis Angelis boni non fuerunt otiosi, sed totis viribus eis restiterunt, susceperunt causam Dei, et sub Michaele Duce cum alijs Angelis egregie pugnarunt, ita ut praelium magnum factum fuerit in Coelo cum Michael praeliabatur cum Dracone, quod praelium de conventione illa prima communiter explicant interpretes. quis autem Sanctum Michaelem sine ullo actu meritorio praeliatum fuisse nec meruisse aliquid, quando Diabolo resistens et alios Angelos convocans prorupit in vocem illam: quis ut Deus? hoc certe a communi sensu fidelium omnino maxime distat.

Dico iuxta communem probabiliorem sententiam peccatum Angelorum ortum habuit ex invidia erga Christi humanitatem a Verbo assumendam cui mali Angeli non voluerunt subijci, ut videbimus disputatione sequenti. Et omnino oportuit quando peccarunt eos habere notitiam Christi Dni quae cum non potuerit haberi nisi per revelationem Dei, consequens est ut pro eo instanti fateamur in Angelis aliquam cognitionem fidei qua agnoverunt aliquo modo Incarnationem. cessat ergo ratio illa quod quam non poterant tunc mereri ex defectu fidei. et rursus sequitur ad hominem contra adversarios non potuisse eo instanti

instanti dari visionem Dei quae iuxta pros non pt ee in eodem instanti reali
cum actu Fidei.

Tertio perseverantia in Angelis bonis ita fuit libera ut fuerit ex speci=
ali auxilio grae divinae, ut constat ex August. 12 de Civitate Dei cap. 9. et alijs PP.
quos affert Suarez lib. 5 cap. 12. et probavimus latius in tractatu de praedestinatione
et perseverantia illa non fuit sine merito et est solum per actus naales, alioquin poet ee
per meras vires naae, quod non satis sonat modo loquendi Patrum qui dicunt fuisse
necessariam gram Spiritus S. ad illam perseverantiam. videatur Basilius
lib. de Spiritu S. capite 16. ubi ait Angelos ope Spiritus S. perseverasse.

Ultimo pt reddi rao a priori qa visio beatifica ex naa sua est beatitudo
Angeli vel hois et ex naa sua non pt ee simul cum aliqua miseria, nam beatitudo
et miseria opponuntur saltem moraliter, peccabilitas seu pota seu pota proxima
peccandi procul dubio est miseria et visio clara Dei moraliter non potuit ee in eodem
instanti in quo erat pota proxima et periculum peccandi. alioquin poet ee simul
visio clara Dei cum tristitia, nam pro illo priori Angelus videns se pote adhuc
peccare et amittere gram poet tristari. rursus daemones in illo instanti pro
priori naae ante suam damnaoem et poenam poent gaudere de sua libertate, quod
etiam gaudium repugnat quod sit simul cum statu damnaois et poena inferni. unde
infertur naam visionis clarae Dei ee hanc ut debeat praevenire oes actus tristitiae
et timoris, atque adeo quod debeat ita dari ut pro eo instanti, et non proponatur Angelo
pro aliquo priori maa tristitiae et timoris quam is eet pota proxima et periculum
peccandi, ac tentao urgens qualis fuisset pro illo priori naae.

Nec obstat S. Thomas ab adversarijs adductus q. 65. art. 5. ubi ait Angelum
post primum actum meritorium fuisse beatum et q. 63 art. 6 ubi ait quod si Angelus
post primum instans non peccasset statim post primum instans beatitudinem accepisset.
hoc inquam non obstant; nam videtur S. Thomam noie instantis Angelici intelligere
operaoes Angelicas, ut constat ex dicto art. 5 ad 2um, in quo sensu dicit Angelum
post primum actum fuisse beatificatum, quod ille primus actus bonus fuit una operaio correspon=
dens duorum divisibili, in qua Angeli mali habuerunt duas operaoes, unam bonam
et alteram postea malam, quare in Angelis malis numerantur tria instantia,
scilicet operaio bona et peccatum et poena, in bonis vero duo instantia. primum est
operaois bonae quod correspondet duobus instantibus Angelorum malorum. 2um est
beatificaois; nunquam tn dicit S. Thomas Angelos bonos fuisse beatos tunc quan=
do alij peccabant vel quando ipsi peccare potuerunt. appellat a S. Thomas unicum
meritum actum illum bonum Angelorum, qa licet eius continuao fuerit etiam libe=
ra, sed tn moraliter loquendo integrat eandem operaoem, quatenus in tota illa morula
Angelus perstitit libere in eodem proposito diligendi Deum et servandi ei oia prae=
cepta. clarius est pro nobis S. Thomas quodlib. 9 art. 8 in corpore, ubi plane fa=
tetur Angelos per perseverantiam in gra meruisse suam beatitudinem.

Dubitatur 4to: an oes Angeli qui perseveraverint post primum instans creaois
aliquamdiu

aliquamdiu in grã consecuti fuerint beatitudinem, an verò aliqui postea
deciderint ante 3tium instans et ita fuerint damnati.

Supponitur ad hoc dubium sententia probabilis docens illa signa correspondisse
dirraõi divisibili temporis pertransi, ita ut per aliquod tempus fuerint in gratia, postea
per aliquod tempus divisibile alij peccaverint, alij vero restiterint suggestioni Lu-
ciferi, postea denique alij fuerint damnati, alij beati. quo supposito dubitatur: an
oẽs simul peccaverint, an vero aliqui prius alij posterius. nam si hoc 2dum, videtur
sequitur etiam aliquos perseverasse in grã quando primi peccabant, qui tñ postea a
grã defecerint et fuerint damnati. similiter a. dubium est potest de Angelis qui pecca-
runt: an eorum aliquis antequam finiretur morula viæ resipuerit et
revocarit suum peccatum.

Utrique dubio Rdetur Angelos oẽs qui post primum signum peccaverunt vel
coeperunt in grã perseverare eodem modo permansisse in tota illa morula suæ
viæ. hæc est cõis doctrina quam probat Suarez lib. 5 cap. 12 et lib. 8 cap. 1.
et quidem quoad primam partem de his qui semel peccaverunt eos nunquam
resipuisse colligit ex SS. PP. quorum verba ~~refert~~ Suarez hic dict. c. 1. et ex illo
2dæ Petri cap. 2. Deus Angelis peccantibus non pepercit, quæ locutio cum sit
vnis oẽs Angelos comprehendit qui aliquando peccarunt, hinc a. colligitur
responsio ad alteram partem dubij, nullum scilicet qui post primum signum
perseveravit in grã postea amplius peccasse, quia non videtur rationabile quod
Angelus non mutetur ex peccato ad poenitentiam, et tñ ex perseverantia in grã
mutetur ad peccatum. ratio vtriusque cõiter desumitur ex inflexibilitate
Angeli in decreto quod semel deliberate amplexus est. ratio a. huius inflexibilitatis
difficile redditur, vt videre est apud Suarez dicto cap. 1. ubi multas refert et impug-
nat. suadetur tñ satis probabiliter ex ipsa nãa et perfectione Angeli, nam in
hoĩbus est mutabilitas solet maxime oriri ex eo quod eadem obta diverso modo
nunc percipiant ac antea, nam obtu præsens aliter movet ac absens. rursus sæpe
apparet de novo nobis aliqua ratio quæ prius latebat. denique nascitur mutabi-
litas ex diversa dispositione ipsius hoĩs, qui est passione commotus aliquid
volebat postea passione sedata illud non vult. e contra vero hoĩes sapientes et pruden-
tes, qui ab initio oĩa motiva pro vtraque parte bene perpendunt, firmiores sunt
in suis decretis, non est occurrit nova ratio quam non prævideret, nec etiam passio-
nis impetu movebantur, cum ergo Angelus vno intuitu videret oẽs rões nec
passionis impetu feratur, consequens est vt sui decreti sit valde tenax, adeo
vt licet non habeat impotentiam physicam mutandi consilium, habeat tñ summam diffi-
cultatem et quasi impotentiam moralem.

Dices: Angelus de facto mutavit consilium, nam in primo instanti
diligebat Deum, et tñ in 2do mutato consilio avertit se a Deo et etiam in 3tio
instanti potuisset mutari et converti ad Deum. Rx Angelum non facile
mutari apparente novo motivo quod antea latebat non vero sine illo.

in 2do. a. instanti occurrit novum e quidem vehemens motivum peccandi, ut postea videbimus, scilicet cognitio humanitatis a Verbo assumendae, qua cognitio Angelos malos avertit a Deo, postea vero nullum apparuit motivum novum ad illam deliberationem deserendam quod prius etiam non occurrisset ad non amplectendam.

Hinc infertur cur Angeli omnes qui coeperunt perseverare non peccaverint postea, quia nimirum iam semel superaverant illam novam difficultatem sibi propositam subiectionis e obedientiae praestandae Christo homini, nullo. a. apparente motivo novo non erat cur a suscepto consilio desisterent.

DISPUTATIO VIII

De peccato Angelorum.

Dubitatur primo: utrum Angeli in primo instanti suae creationis peccare potuerint? Supponimus ex dictis nullum eo instanti peccasse. Prima sententia negat potuisse peccare. hanc tenet S. Thomas in praesenti q. 63 art. 5 e Thomistae communiter, quos sequitur Granado in praesenti tract. 13 disp. 4. qui afferunt plures rationes huius repugnantiae, quas referunt e impugnant Vasques disp. 226. e Suarez lib. 7 cap. 20.

2da sententia extrema affirmat. hanc tenet Scotus & alii quos sequuntur Vasques ubi supra. Molina in praesenti dicto art. 5. & Valentia q. 4 art. 4. Tertia sententia media docet Angelum potuisse quidem potentia physica peccare non tamen potentia morali. hanc tenent Arubal in praesenti disp. 169. e Suarez dicto cap. 20. licet sub aliis verbis concedens potuisse de potentia absoluta, non tamen de potentia ordinaria.

Haec 3tia sententia mihi magis placet, nulla e. apparet ratio negandi potuisse saltem physice peccare, nec datur ratio discriminis sufficiens inter meritum e demeritum, quare cum Angelus in primo instanti habuerit libertatem e deliberationem sufficientem ad merendum, non apparet cur non habuerit etiam sufficientem ad demerendum. habuit v. g. praeceptum diligendi Deum e dilectio fuit libera & potuit peccare, omittendo dilectionem debitam.

Ratio. a. oppositi, quod scilicet peccatum in primo instanti refunderetur in Deum ad quem pertinent operationes creaturae quae fiunt in primo instanti, non videtur satis fundata, quia licet ea quae necessario consequuntur naturam tribuantur generanti, ea tamen quae libere consequuntur non est cur tribuantur. nec Deus occurrit magis ad peccatum in primo instanti quam in 2do, in utroque e. concurrens dando esse ipsi Angelo e dando, vel conservando illi species ad cognoscenda obiecta, e neque Deus postea ut Author naturae imo ut author supernaturalis immittit aliquas cogitationes quibus

praevisset